A. D. 1927 CURRENDA Nrus X

PISMO URZĘDOWE TARNOWSKIEJ KURJI DIECEZJALNEJ

HOMILIA

BEATISSIMI PATRIS PII XI

HABITA IN PATRIARCHALI BASILICA VATICANA INTER SOLEMNIA CONSECRATIONIS EPISCOPI NAGASAKIENSIS DIE FESTO CHRISTI REGIS

Venerabilis frater

Anno vix elapso ab consecratis primum heic, ad Apostolorum sepulcrum, sex sinensibus episcopis, tibi, qui primus e Iaponia inter Conlegii Urbaniani alumnos adscitus es, primo item e Iaponia, in hac ipsa templi maiestate ac sanctitate, sacerdotii plenitudinem, magna cum spiritus dulcedine, contulimus. Quem quidem sacrum ritum dum conficiebamus, credimus, cum Francisci Xaverii, qui patriae vestrae catholicam fidem princeps intulit, tum gloriosorum martyrum, qui pro Christo apud vos caesi sunt, veluti exsultavisse et pullulasse ossa de loco suo. Res sane maximi momenti mox acta est, eademque inlustris Imperii Iaponici tam clero et fidelibus, quam ipsis optimatibus popularibusve nostrae Religionis exsortibus grata ac iucunda.

Rem maximi momenti actam diximus; quod enim te, venerabilis frater, ad tam excelsam dignitatem eveximus, hoc profecto id comprobat, frequentes e Iaponia clericos ad sacerdotium contendere ac maturescere, ex indigenisque sacerdotibus aliquem iam dignum fieri ac duci, qui clero populoque suo, auctus infulis episcopalibus praesit. Te autem ut in Almam hanc Urbem, prope Apostolicos cineres manuum impositione Nostrarum consecrandum, vocaremus, non una quidem causa suasit. Fecimus enim, ut primus indigena Iaponiae episcopus ex hoc catholicae unitatis quasi centro ad suos missus reverteretur; fecimus ut Pastoribus et missionalibus, illic in provehendo catholico nomine elaborantibus, gratificicaremur; eosdemque ac simul omnes illos atque illas, qui quaeve ab anno millesimo octingentesimo octogesimo nono cleri indigenae institutionem promovere studuerunt atque in dies student, quasi quodam praemio ornaremus et cumularemus: fecimus denique ad manifestandum quanti haberemus cum vestros in humano civilique cultu gradus et processus, tum in Iaponico imperio auctam nostrae Religionis aestimationem ac reverentiam. Magnam, ceteroqui, de se exspectationem Nobis commovent cives tui, quibus ea est animi fortitudo et constantia, ut, si semel catholicam fidem amplectantur, immoti in ipsa im haereant; neque enim illarum memoria christianarum consortionum facile delebitur, quae ab saeculo septimo decimo ad undevicesimum — quo quidem intervallo missionalibus in Iaponiam interclusus est aditus — occulte, etsi nullus sacrorum administer sibi aderat, in fide perstiterunt.

Est igitur cur de sollemni hodierno ritu vehementer et Nos gaudeamus et ipsemet, venerabilis frater, Nobiscum gaudeas; eo magis quod consecratio episcopalis tua in hunc diem auspicato incidit, quo die regiam Christi dignitatem Eiusque in universum terrarum orbem imperium Ecclesia concelebrat. Hoc enim tibi munus mandatur, vene-

rabilis fratur, ad hoc mitteris, ut apud tuos Christi regnum pro viribus proferas; atque eo latius prolaturus es, quo ardentior ipse Christi apostolus eris, ardentioresque de tuis Christi efficies apostolos.

Auspicato item contigit ut ad hunc sanctissimum ritum celebrandum adunaremur exeunte anno septies centesimo ab felici transitu beati Patris Francisci Assisiensis. Praepotentem enim habebis patronum atque intercessorem apud Deum sanctissimum Patriarcham, qui apostolico incensus ardore, Preconis Magni Regis et nomine gloriatus est et munere functus. Cuius gloriosissima saecularia, postquam universo catholico orbe mirabiliter conspirante nec sine uberrimis spiritus emolumentis toto celebravimus anno, heic et hac ipsa hora effusis ad Deum Optimum Maximum gratiarum actionis precibus sollemniter claudere placuit.

Tam felicibus auspiciis proficiscens, veneralibis frater, „congrega in messe, ut filius sapiens" (*Prov.*, X, 5); et coeptis laboribusque tuis faveat ac benedicat Dominus messis. Quodsi a Petri sepulcro et ab aedibus Nostris longe aberis, tamen te Petrus patrocinio suo teget, et Nos caritatis Nostrae precumque Nostrarum praesidio comitabimur. Atque profecto futurum est, ut ipse, venerabilis frater, germen Iaponici episcopatus novellum, secundum illud Christi Domini (Io., XV, 16) fructum afferas et fructus tuus maneat. Amen, Amen.

Breve apostolskie, dotyczące odpustu zupełnego Toties Quoties za odmówienie Różańca św.

PIUS PP. XI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad Sancti Dominici, Bononiensi in civitate, proximis diebus sollemnissima Conventus Eucharistici habebitur celebratio, quam ad excitandam provehendamque christifidelium pietatem erga Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum summopere profuturam confidimus. Gencralis vero Magister Ordinis Praedicatorum, cum in amplissimam sui Ordinis Basilicam, in qua Corpus Fundatoris religiosissime servatur, ipsius Congressionis coetus conveniant, enixis precibus Nos rogat ut peculiari de thesauro Ecclesiae indulgentia, praeclara hac faustaque occasione, christifideles donemus, qui Rosarium Beatae Mariac Virginis, a Patriarcha Sancto Dominico ad honorem Deiparae insitutum, ante augustum D. N. Jesu Christi sub velis Eucharisticis delitescentis Sacramentum recitaverint. Quibus supplicationibus Nos, cognitum ac perspectum habentes opportunum admodum esse ut hanc Indulgentiam concedamus, quae, cum a Sancto Dominico simul atque a pietate Eucharistica suam originem repetat, Conventus Eucharistici Bononiensis, cujus certo quonam modo praefata Sancti Dominici Ecclesia cardo erit, peculiare quoddam mnemosynon ac monumentum existat adnuere statuimus, atque ita praecipua Nostrae voluntatis significatione pii eventus solemnitatem augere. Conlatis igitur cosiliis cum Dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinali Poenitentiario Majore, de Omnipotentis Dei misericordia, atque Ejus Apostolorum Beatorum Petri ac Pauli auctoritate confisi, omnibus et singulis christifidelibus, qui poenitentes et confessi ac Sacra Communione juxta morem sint refecti, ante Sacratissimi Corporis Christi Sacramentum

ad publicam fidelium venerationem expositum vel etiam in tabernaculo adservatum, tertiam Beatae Mariae Virginis Rosarii partem devote recitantibus, quotiescumque id egerint, *Plenariam Indulgentiam* et remissionem misericorditer in Domino in perpetuum concedimus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas, atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite judicandum esse ac definiendum, irritamque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die IV m. Septembris an. MCMXXVII. Pontificatus Nostri sexto. *P. CARD. GASPARRI, a Secretis Status.*

O powyższem Breve, którem Ojciec św. udziela po wszelkie czasy Odpustu zupełnego toties quoties za pobożne odmówienie jednej trzeciej części Różańca św. przed Najśw. Sakramentem, albo wystawionym w Monstrancji ku czci publicznej, albo zamkniętym w tabernakulum, należy zawiadomić wiernych i gorąco zachęcić do korzystania nietylko w miesiącu październiku, lecz w ciągu całego roku z tak łatwego sposobu zyskania zupełnego odpustu.

Kto zatem w należny sposób, dopełniwszy zwyczajnych warunków (po spowiedzi i Komunji św.), odmówi wobec Najśw. Sakramentu jedną trzecią część Różańca św., za każdym razem (toties quoties), może dostąpić odpustu zupełnego.

Składka na Seminarjum duchowne

Na drugą niedzielę Adwentu wyznaczyliśmy składkę na W. Seminarjum. Prosimy Przewielebnych Księży Proboszczów, by zachęcili parafjan do niesienia pomocy Zakładowi, wychowującemu dla nich duszpasterzy — aby nie żałowali grosza na cel tak wielki i święty, zwłaszcza, gdy w roku bieżącym mamy 116 alumnów, a pomoc rządowa nie wystarcza na ich utrzymanie.

Konwersja papierów wartościowych

Konwersja dawnych papierów będzie wnet ukończona. Aby sporządzenie nowych konspektów i uporządkowanie stanu fundacyj nie uległo zwłoce, wzywamy wszystkich P. T. Księży Proboszczów, by jeszcze raz dokładnie przeglądnęli akta parafjalne i jeżeli znajdą jakie dawniejsze papiery w koronach czy markach (karty wkł.), niech je zaraz prześlą Kurji Biskupiej. (Obligacji kamery nadwornej przesyłać nie trzeba).

Wszystkie obligacje 5% pożyczki konwersyjnej prześlą również XX. Proboszczowie Kurji Biskupiej w myśl tutejszego rozporządzenia w Kurendzie IX ex 1927.

Nadsyłanie składek

Zebrane składki na cele wskazane przez Kurję diecezjalną powinny być przesyłane w najbliższy tydzień po niedzieli, w której odbyła się składka. Przetrzymywanie tych ofiar w kancelarji parafjalnej jest niewłaściwe. Polecamy więc, aby nieodesłane dotąd składki przysłali XX. Proboszczowie zapomocą blankietów nadawczych PKO, które rozesłaliśmy wszystkim XX. Proboszczom po 20 sztuk dla każdej parafji. Na blankiecie nadawczym (w środkowej części u góry) zaznaczyć, na jaki cel są przesłane pieniądze. Na ostatnim zaś z przesłanych blankietów naznaczyć u góry gwiazdkę, na znak, że to ostatni, abyśmy nową serję blankietów zaraz przesłali. Przekazów pocztowych w wysyłce pieniędzy do Kurji Biskupiej, ile możności, nie używać.

Zmiany wśród Duchowieństwa

Instytuowani na probostwo: ks. Franciszek Habas, proboszcz z Rożnowa, na probostwo w Nockowej, ks. Jan Pięta, proboszcz z Nagoszyna, na probostwo w Łękach Górnych, ks. Jan Nagórzański, proboszcz z Grobli, na probostwo w Gumniskach Fox.

Zamianowani proboszczami: ks. Marjan Habela w Grobli, ks. Franciszek Kmieciński w Jamach, ks. Zygmunt Grodnicki w Zalipiu, ks. Józef Szułakiewicz w Będziemyślu.

Kapelanem więzienia w Nowym Wiśniczu zamianowany ks. Jan Wolanin.

Administratorami zamianowani: ks. Michał Kurmaniak w Rożnowie, ks. Walenty Piotrowski w Wojniczu, ks. Michał Sadkiewicz w Ostrowach Tuszowskich.

Odznaczeni Exp. can. ks. Wojciech Słonina, katecheta szkoły powszechnej w Kolbuszowej i ks. Stanisław Bączewski, katecheta szkoły powszechnej w Bochni.

Przeniesieni XX. Wikarjusze: ks. Franciszek Babiuch z Paleśnicy do Gawłuszowic, ks. Jan Góra z Gawłuszowic do Paleśnicy, ks. Andrzej Niwa z Nowego Sącza do Łącka, ks. Władysław Stefanowicz z Gromnika do Nowego Sącza, ks. Stanisław Kruczek z Łącka do Gromnika, ks. Jan Zawada z Dębicy do Porąbki Uszewskiej, ks. Jan Sarna z Nockowej do Barcic.

Zmarli:

ks. Jan Grecki, proboszcz w Ostrowach Tusz., ur. 1891, wyśw. 1915, zmarł 5 października; ks. Dr Stanisław Dutkiewicz, profesor Teologji, ur. 1857, wyśw. 1883, zmarł 27 października; ks. Jan Feliks, proboszcz w Będziemyślu, ur. 1887, wyśw. 1911, zmarł 18 października; ks. Józef Głuc, proboszcz w Wojniczu, ur. 1868, wyśw. 1891, zmarł 22 listopada. S. pr. a. *R. i. p.!*

Z KURJI BISKUPIEJ

W Tarnowie, dnia 24 listopada 1927

Ks. Roman Sitko
kanclerz

† LEON
Biskup

Nakładem Kleru Diecezjalnego — Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie